

Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 25
P-V

VI-183-

159

SVM MOS
IN ARTE SALVTARI
HONORES

VIRO
NOBILISSIMO, A MPLISSIMO
ATQVE EXPERIENTISSIMO

DOMINO
IO. HENRICO
VLRICI

DOCTORI MEDICO

PRIDIE NONAS APRILEIS

A. O. R. cl^o 1^occ XXI.

In Academia Vitembergensi

recens creato

L. M. &

GRATVLATVR

ORDO MEDICORVM.

WITTENBERGÆ LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

Qui sine certo scabere culmine

Terrane vaporem summa fimbria

Quae volvere nonem forores





Vt uere primo, post gelidas niues,
Flores resurgunt, & uiolae suos
Spargunt odores, atque uisum
Purpureo recreant colore.

Sic post laborum taedia, carpimus
Pergrata nobis munera prouidae
Sollertiae, & sic haud fugaces
Percipimus, solidosque fructus.

Vllum fefellit nec labor improbus,
Qui sine certo scandere culmina
Tentauit unquam summa Pindi,
Quae coluere nouem sorores.

Et dux, Apollo, Castalidum pius,
Virtute si quem conspicuum uidet,
Et praemio maiore dignum,
Deproperante manu coronat.

Hinc, ecce, merces, VLRICIDA, Tibi
Defertur ultro, quam meruit labor,
Semente facta, nunc honorum
Mensis opima redit metenda.

Virtute raram macte Tua Tibi
Laudem parasti, quam neque temporis
Edacitas, nec seculorum,
Diruet, aut superabit ordo.

Suauem salutis prona Salus uiam
Monstrat peritis cum studio sequi,
Hinc uulgus arcens, omne tempus
Fallere quod iuuat otiosum.

TV semper horrens hoc hominum genus,
Quicquid placebat Patribus, & choro
Doctorum Hygeas gratiofo,
Gnauiter atque lubens amasti.

Tu uisus ergo dignus honoribus,
Quos ipsa summos sacra salus habet,
Quos diuidit doctis, & eius
Puro animo sacra qui celebrant.

Hos arte partos atque scientia
Digno lubentes tradidimus Tibi,
Doctoris ut plene sacratis
Juribus & titulo fruaris.

Salutis Auctor Te iuuet Optimus,
Ut arte clarus, consilio potens,
Quoscunque morbos arte pellas,
Consilio mala cuncta uincas.

Quam possides nunc experientiam,
Auctam uidebis multiplici modo;
Et tunc beatum Te manebunt
Commoda plurima. Quae precamur!



Ing. W. 183

KD 18
KD 17



159

SVM MOS
IN ARTE SALVTARI
HONORES

VIRO

IMO, AMPLISSIMO
EXPERIENTISSIMO

OMINO
HENRICO

LRICI

ORI MEDICO

IE NONAS APRILEIS

O. R. cl^o l^occ XXI.

emia Vitembergensi

recens creato

L. M. 

GRATVLATVR

D MEDICORVM.

LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

